



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale  
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,  
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium  
occurrere solitis, & ex communiote ...**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1678**

Membrum II. Quid erga Superiores Ecclesiasticos sit observandum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

hæc potissimum, scilicet ut omnia Mandata & Decreta Ecclesiarum cum reverentia suscipiat, velut DFI Eloquia; cum humilitate approbet, velut divina oracula; cum amore impleteat, velut materna imperia.

Qu. 5. Quomodo propugnanda sit Ecclesia? R. contraries hostes eam fortiter defendendo. 1. Contra prophanos Ethnicius, superstitiones eorum stolidas detegendo, ac refutando. 2. contra pertinaces Hereticos, falsitates eorum ac perfidiam solidis doctrinis expugnando. 3. Contra frigidos Catholicos, eorum vitia, quibus Ecclesiæ autoritatem & splendorem imminuunt, acriter castigando, & corrigoendo.

Qu. 6. Quibus armis ad hanc propugnationem uti debeat Pastor? R. sequentibus. 1. Oratione; hoc enim genus Dæmoniorum non ejicitur, nisi oratione, quâ scilicet gratia efficax pro se & hostibus crebrò & ardenter peratur. 2. Divinâ; quâ veluti gladio ancipiti Verbi DEI junctæ hæreticorum machinationes & impugnationes efficaciter dissolvantur. 3. Exemplo juxta monitum S. Petri 1. Pet. 2. Conversationem vestram inter Gentes (& alios incredulos ac immorigeros) habentes bonam, ut in eo, quod derrectant, de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant DEVm in die Visitationis; Christi enim bonus odor sumus in DEO, in his, qui salvi sunt, & in his, qui perirent, alias quidem odor moriis in mortem: aliis autem odor vita in vitam.

## M E M B R U M II.

Quid erga Superiores Ecclesiasticos sit observandum?

Qu. 1. Quomodo erga Superiores Ecclesiasticos, præcipue Episcopum, Vicarium eius Generalem, & Decanum se gerere debeat Pastor? R. sequentia capita ei esse observanda.

Summa Reverentia,

Quia DEI Vicarii.

Charitas ingenua,

Quia Patres piissimi.

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi.

Qu. 2. Quomodo reverentia sit illis exhibenda? R. his præcipue officiis. 1. Magni eos estimando, nam ut bene S. Gre-  
gorius Instruet. IV.

H

gorius

114 *De Officio Pastoris erga Episcopos.*  
gorius, C. quid ergo. 11. q. 3. dixit, non suffici extre  
temperare Maioribus, nisi ex intimo cordis affectu subi  
seniamus de eis; hoc autem quomodo obtinere debet  
alibi l. 3. de Cura Past. c. 5. ostendit, monens Clericos,  
dum Praepositorum suorum vitam temerè iudicant, unde  
rectè redargunt, inde per elationis impulsum in præfato  
mergantur. Et ne, cum culpm Praepositorum consideratum  
tra eos audacieores siant; sed sic eorum prava apud se  
djudicent, ut tamen timore constricti, sub eis iugum ferme  
rentia non recusent. 2. Honestè de illis loquendo; immo  
jam olim DEUS Psal. 40. præcepit: *Nolite tangere capi  
meos*, murmurando scilicet, aut detrahendo, quia, usque  
gorius rectè ait, *Praepositorum facta oris gladio ferentes  
sunt*, etiam cum rectè reprehendenda iudicantur; alioquin  
dire cogentur illud Moysis Exod. 16. Non contrarie  
mur vestrum, sed contra Dominum. 3. Honorem debito  
hibendo, ubi occasio datur; nam si de simplici Sacerdotio  
S. Paulus 1. Tim. 5. Qui bene præsunt Presbyteri, in  
honore digni habeantur, quid de Episcopis in summa  
dotii gradu constitutis sentiendum erit?

Q. 3. *Quomodo charitatem exhibere debeat?* 3. tri  
officiis. 1. *Ca*vendo offensam: nam cum sint Patres priuili  
in Christo ipsum genuerunt: jure usurpat ad illum. Malachiæ 1.  
*Filius honorat Patrem*, & seruos domi  
num suum; si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? &  
minus ego sum, ubi est timor meus? 2. *Creando laudes*  
per accuratam officii sui administrationem; nam Filius Iesu  
(qualis utique est Pastor talis) *latificat Parrem*, Pro  
fic merebitur cum solatio audire: *Hic est Filius meus dilectus*  
*in quo mihi bene complacui*. Matth. 3. 3. *Ostendendo fa  
ciam*: verè enim de Episcopo suo Pastor illa S. Pauli Hebre  
verba usurpare potest: *Non habemus Pontificem*, qui non  
sit compati infirmitatibus nostris. Adeamus ergo cum pia  
ut gratiam (& auxilium) inveniamus in tempore operis.

Qu. 4. *Quomodo obedientiam exhibere debeat?* 3. tri  
plici perfectione, nimirum 1. *Cum perfecta intentio*  
ita, ut suo modo adimpleat, quod S. Paulus Eph. 6. olim  
vis præceperat, dicens: *Servi obedite Dominis carna  
sum timore & tremore (imò & amore) in simplicitate con*

vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes; sed ut servi Christi, facientes voluntatem DEI ex animo cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus. 2. Cum debita extensione: ita ut usurpent respectu Episcopi sui, quod olim Populus Israëliticus Exod. 24. dixit: *Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.* nam ut rectè S. Bernardus, in tract. de præcept. & dispens. dixit: *Sive DEVS, sive homo Vicarius DEI mandatum quocunque tradiderit, pari profectio obsequendum est cura, pari reverentia deferendum, ubi tamen DEO contraria non precipit homo; quod si contigerit, vergendum indubitanter consulo in sententiam Petri. A&t. 5. quia oportet DEO magis obediare, quam hominibus.* 3. Cum debita intensione: ita ut simileiter (id est, non tantum opere implendo, quod præceptum est, sed voluntate etiam, & judicio approbando, & volendo) hilariter (non ex tristitia, vel necessitate, quia hilarem Datorem diligit DEUS 2. Cor. 9. &c., ut aliud ait, Serenitas in cultu, dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiam obsequentis) velociter (nam verus obediens, teste S. Bernardo l.c. *nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præripit præcipuentem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum se colligit, ut imperantis colligat voluntatem) & perseveranter, quia sola perseverantia est, quæ amatorum obedientiæ ad Regis cubiculum introducit, ut cum videat in decore suo, in quem desiderant Angeli prospicere; atque ad hanc perfectionem obedientiæ procurandam Pastor tanto magis conniti debet, quanto magis ad eam per promissionem in ordinatione factam adstrictus est, nam, ut in Jure Canonico Cap. quamquam. dist. 29. dicitur, quamquam omnes, qui sacris mancipantur Ordinibus, Canonis Regulis reneantur adstricti; expedibile tamen visum fuit, Concilio Toletano, ut promissionis sua vota sub cautione sponderent, quos ad probationis gradus Ecclesiastica probaret disciplina; solet enim plus teneri, quod singulariter promissum est, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticos gradus est ascensurus, non ante honorem consecrationis accipiat, quam placiti sui annotatione promittat, ut Fidem Catholicam sincera cordis contritione*

*De Officio Pastoris erga Episcopos,*  
ac devotione custodiens, justè & piè vivere debeat, & in  
lis operibus suis, Canonicis Regulis contradicat, atque  
debitum per omnia honorem, atque obsequii reverenter  
præminentis sibi unusquisque rependat, juxta illud Pa-  
Leonis dictum: *Qui se scit aliquibus esse præpositum, non ma-  
stè ferat, sibi aliquem esse Pralatum; sed obedientiam, quæ  
exigit, etiam ipse rependat.*

Qu. 5. Quare tria officia hactenus explicata singula-  
dio erga Episcopum exercere debeat Pastor? Resp. Ob ha-  
cipue causas. I. Propter bonum DEI, id est, gloriam &  
neplacitum ejus, cui gravior est obedientia, quam videt  
cujuscunque alterius obsequii; id quod non obscurè dicitur  
Samuel Sauli indicavit, & ideo etiam Dei tantopere placuit in Christo Filio obediente usque ad mortem Crucis.  
Cicero nomen super omne nomen dedit. Philip. 2. 10.  
piter bonum Ecclesie: cuius incrementum & conservatio  
tissimum ab obedientia dependet, uti egregie S. Ignatius  
aurea sua Epistola de obedientia his verbis ostendit: *Hoc  
hac, quæ de obedientia diximus, aquæ privatis erga Superiorum  
proximos, atque Rectoribus, Præpositisque localibus & pro-  
vinciales, Provincialibus erga Generalem, Generali denique  
erga illum, quem DEVS ipsi prefecit, nempe suum in terris  
carum observanda sunt. sic, ut Ordinum perfecta distinctio,  
proinde pax retineatur, & charitas, sine qua nec Secularis  
nostra, nec alterius, cuiuslibet sodalitii possit recte gubernari  
conservari.* Nimirum hoc modo Providentia illa dignata  
omnia suaviter, infima per media, media per summa, per  
fines cuncta perducens. Hinc illa videlicet in Angelis noua Hi-  
erarchia ad aliam subordinata series. Hinc & Cœlestium  
aliorum omnium, quæ carent, corporum certis locis atque  
inter se apta connexio, quorum conversiones ac motus si-  
movente supremo gradatim omnes usque ad infimos ritie pre-  
niunt. Idem in terris, tum in omni civitate bonis institu-  
tibus, tum verò in Hierarchia Ecclesiastica certitus, cum  
omnia membra & functiones ab uno Generali Christi Disci-  
 nostri Vicario derivantur; & quod accuratius dispositio & ad-  
catio hac custoditur, eò rectior erit gubernatio. & nullus  
Contrà verò huius ordinis negligentia quam gravis in-  
moda multis hominibus & societatibus importunitur, nemo

videt. 3. Propter bonum suum: id, quod Christus Jo. c. 15. olim Apostolis clare indicavit, dum dixit: *Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum;* sed triplicem potissimum, quorum primus est, gratiae copiosae communicatio, unde laborum omnis successus & fructus pendet. Secundus est fortis protectio contra omnes, qui ipsi quacunque ratione nocere voluerint; ut enim, quamdiu membra sunt capiti unita, fortiter ab eo defenduntur, separata autem relinquuntur indefensa; ita simili modo se res cum capite, & membris Ecclesiasticis habet: Hinc DEUS olim obedienti Abraham Gen. c. 15. dixit: *Noli timere Abraham, ego Protector tuus sum.* Tertius subditorum prompta subiectio; id quod pulchrè S. Augustinus, in Psal. 103. indiçavit dicens: *Expedit inferius subiici Superiori, ut ille, qui subiici sibi vult id, quod inferius est, se subiiciat Superiori suo. Agnoscet ordinem, quare pacem. Tu maiori, tibi minor. Quid insitius? quid pulchrius:* E contrario vero, ut idem S. Doctor alibi de opere Monach. ait, *Quid iniquius, quam velle sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare majoribus?*

## MEMBRUM III.

*Quid erga Magnates observare debeat Pastor?*

Qu. 1. Quomodo erga similes Magnates gerere se debeat Pastor? 2. sequentia observando.

Honoris justi oblatio

Propter statutus eminentiam.

Favoris conservatio

Propter virium potentiam.

Locutionis cautio

Propter periculi presentium.

Quorum officiorum primum æquissimum est, quia decet, ut magis honorentur iij, quos DEUS honoravit, & suos quasi Vicarios constituit; secundum utilissimum est, quia, ut bene S. Ignatius Constit. p. 7. c. 2. advertit, quò bonum universalius, eò & divinius est; & tales homines, cùm profecerint, in causa erunt, ut ad multos, qui eorum autoritatem sequuntur, vel per eos regulantur, perveniat. Tertium summe necessarium est, quia de hac locutione cum veritate dici potest

H 3

illud